

AD VITAM Æ-  
GILIS IV. ABBATIS  
ECCLESIAE FVL-  
DENSIS.



*Candidus  
auctor.*

*Baugolffs  
Abb. vita  
à Candido  
scripta.*

ERVIT Ægil, ut qui memoriam S. Sturmij Educa-  
toris sui intermori non passus est, sed literis eam suis  
illustravit, ipse item vitæ suæ ac rerum ab se gestarum  
Præconem Candidum discipulum, nancisceretur.  
Is HRabani ætate, literarum & facundiæ laude flo-  
ruit. Scholis Magister præfuit, & vitam quoque Baugolffii abbatis,  
Ægilis hortatu, memoriae prodidit. Flores etiam fateor Fulden-  
sium Antiq. libris ex Ægilis vita complures, adspersi. Quo minus  
hic laboris & operæ scholijs impendendum est; cum pleraque lu-  
cem inde accipient, & marginis oræ affixaæ notæ, narrationem i-  
psam satis illustrent.

*ÆGILIS ÆTAS.*

NON expressit eam Candidus. In antiquitatum lib. IV. exordium  
eius retulimus ad annum Domini DCCCXXII. sepultus in cœ-  
meterij colle, qui iuxta S. Michaelis adhuc superest, parte ori-  
entali.

*ÆGILIS ELECTIO.*

*S. Aegilius  
abbas &  
aegili prie-  
missa abbas:  
aegili  
Fuld nobis-  
tit.*

NON id varie exprimitur Eigel, Ægil, & plurimum Candido  
Aigel. Huius nominis, quod Gallico sono Aquilam refert, olim  
S. Columbanus discipulum; hac ætate clarum etiam Abbatem Pru-  
miense monasterium habuit, qui in Epistolis à Lupo Ferrariensi ce-  
lebratur. In Ægilis electione nobilis expertitur, non quod Ægil i-  
gnobilis esset: sed quod haec vox Dynastam & potentiores signifi-  
cavat, ut clare sequens docet oratio, qua talem optant, qui haberet  
in Palatio generositatem.

*Monachos  
occidentales  
lib.*

Monachos occidentales appellat, qui à Ludouico Aug. submis-  
sint turbulae à Galliarum Monasterijs.

Nam

Nam Occidentale Galliarum regnum Germaniæ opponebatur; ubi regnum Franci orientale.

Nominantur in his primores Aaron & Adalfridus Ludouicopio <sup>Aaron &</sup>  
familiares, & magnæ apud Augustum dignationis. Fuerunt in eo- <sup>Adalfrid-</sup>  
rum comitatu plures, eiusdem consilij laborisque socij, quibus in- <sup>us.</sup>  
staurantæ in Germania disciplinæ cura demandata. Non enim abs  
re canit hic Poëta de H. Ludouico.

*Misit ab occiduo monachos qui maxime nostros  
Quin & finitimos fratres hinc inde cubantes  
Mores & studia & leges renouare docerent.*

## AD LIBRVM II.

**J**N libro secundo versuum, qui historiam vitæ passibus & quis fere  
sequitur, emblemata piæta, quibus lemmata & tituli Poëmatis ex-  
ornabantur, omisimus; tum, quia pleraque impolita mansere, aut  
ne inchoata quidem. Ex ijs tamen specimen aliquod Antiqui-  
tat. lib. 1. cap. 21. & lib. 2. c. XVI.  
dedimus.



Pppp 2

RELE-